



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Ioram, sive Hieroboam, Rex Israel.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**

Amassiae effecit. Itaque nos hoc ipsum secuti, quia rationem temporum persequi placet, Chronicorum authorati accessimus.

LXXXII. Igitur<sup>1</sup> Amassiae Ozia filius successit.<sup>2</sup> Nam<sup>1</sup> in parte decem tribuum Joas diem functus,<sup>3</sup> Ioram filio locum fecerat: postque hunc<sup>4</sup> Zacharias ejus filius regnavit.

Horum

Chronicis ita scribit, *Hebreorum Judæ Amasis ann. XXIX. Drusius.* Si etiam ea qua scribit Sulpicius vera essent, tamen hunc numerum xxix. annorum non efficerent. Nam si sumas annos Amasie, qui sunt ab octo ad viginti novem, efficiunt xxxi. si addas quatuor Ozia, erunt xxv. non xxix. Ut igitur hic numerus conficeretur, ita legendum est: *Ioram enim Rex decem tribuum, quinto decimo anno imperii Amasie traditur regnare cœpisse, unumque & quadraginta annos imperium tenuisse, regnante denum Ozia Amasie filio, XXXVIII. ejus imperii anno, &c. Sigon.*

<sup>1</sup> *Amazia Ozias filius succedit.]* iv. Regum 15. Joseph. 9. 11. Rex hic in Hebreo vocatur יְהוּיָה, in Græco Αζαχιας. At in Paralipomenis עֵזֶר, in versione lxx. Οζίας, quomodo & Josepho semper vocatur. Crediderim verum ejus nomen fuisse עֵזֶר per Da-geschi. Olim antequam id compendium dictionis inventum est, scriptum נִזְבֵּן. Litera autem i facile in י mutari potuit, ob formæ vicinitatem. Estque id eo credibilius, quod Josephus, qui utrosque libros legit, semper eum vocat Οζιας, Pontificem autem qui eodem vixit tempore Αζαχιας, quomodo & lxx. qui in Hebreo Paralipomenon cum pari adjectio יְהוּיָה. Grotius. Hoc regnante Hosea Prophetæ vaticinium suum initit, ut ipse scripsit. Item Amos. Sigonius. Quomodo vero dicitur Matth. 1. 8. Ioram genuisse Oziam, cum constet ex 11 Regum 8. 24. 11 Regum 11. 1. 2. 1 Chron. 3. 11. 12. Ioramum genuisse Achasiām, Achasiām Joasum, Joasum Amasiam, Amasiam

denique Oziam, 11 Paralip. 26. 1. qui & Azarias vocatur 11 Reg. 15. 1. disputat Fr. Spanhemius parte 1. Dub. Euang. 4. qui omnino videndus. Ribera censet inter Amasiam & Azariam fuisse interregnū xiii. annorum, eo quod Azarias trimulus esset moriente patre Amasia. Sed hanc sententiam refutant Cajetan. & Salianus. Fugienda enim sunt interregna, ne Chronologiaz series continua turbetur. Unde Eusebius, Joseph. & alii passim regno & annis Amasie immediate subjiciunt & continent regnum & annos Azariæ. *Alapide.* Hujus Ozia anno quinto, cum solstitio æstivo, coepit initium Olympiadum in Græcia: & ejusdem anno nono per Phul Belochum superatus est Sardanapalus, & Monarchia Assyriis crepta. *Chronol.*

<sup>2</sup> *Nam in parte decem tribuum Joas diem functus.]* Hoc significavit supra cum dixit: *Ioram enim Rex decem tribuum octavo anno imperii Amasie traditur regnare cœpisse.* Sigon.

<sup>3</sup> *Joram filio locum fecerat.]* Jerome sub quo Amos prophetavit. Amos 1. 1. Supra, *Ioram enim Rex decem tribuum unum & quadraginta annos imperium tenuisse traditur.* Quod firmatur auctoritate Scripturæ. Vide 11 Reg. 14. 23. In Eusebio tamen, *Hebreorum Israël xii.* *Jeroboam ann. XLII.* Nec aliter est in exemplari Græco. Drusius. Josephus: Πεντηκοδεκάτῳ δὲ ἔτῃ Φαραὼν βασιλεῖς επιστάσθε τῷ ἀσφυλιτῷ οὐρανῷ τὸν οὐρανόν.

<sup>4</sup> *Zacharias ejus filius.]* 11 Reg. 14. 29. Joseph. 9. 11.